

men fatis alto gurgite, ſtruunt aggerem
 coercendis aquis, donec ad idoneam
 altitudinem aſſurgant. Ac primo qui-
 dem arbores grandiores arrodingendo
 dejiciunt: deinde tranſverſas ab una
 ripa ducunt ad alteram. Duplicem
 verſum & ordinem arborum faciunt;
 relicto inter illas oblique ſic poſitas
 ſpatio ſex fere pedum, quod referciunt
 cæmentis, argilla, ramis, tam ſolenter,
 nihil ut perfectius à ſummo architecto
 expectes. Operis longitudo major
 minorve eſt, pro fluvii, quem coercere
 volunt, modo. Ducenûm aliquando
 paſſuum ejusmodi aggeres reperti. At,
 ſi amnis plus juſto intumeſcit, diffrin-
 gunt aliquam molis partem, ac tantum
 emittunt aquæ, quantum ſatis videtur.

Ut feris ſilvæ, ſic piſcibus abundant
 flumina. Unus eſt in Iroquæorum

lacu,
 prod
 indig
 aliqu
 femo
 tame
 tam
 acien
 dant.
 duro
 piſcis
 tum.
 piſcil
 paſci
 gerit
 gemi
 Hoc
 maſt
 cum
 illud